

Adalék a magyarországi unitáriusok XVI-ik századi történetéhez.

A magyarországi unitáriusok történetére mindeddig igen kevés adat jött napfényre. Tudjuk Melius Péternek, az unitáriusok legerősebb ellenfelének, Aran Tamás tévelygéseiről írt s Debreczenben 1562-ben nyomtatott munkájából, hogy Aran Tamás az unitarismus tanait Debreczenben már 1561-ben terjesztette, de ezen év karácsony havában Meliussal és debreczeni paptársaival öt napig tartott nyilvános vitája alkalmával Melius által legyőzötve, hallgatásra kényszerítettet. Tudjuk, hogy Egri Lukács ungvári papot, mint az unitarismus hívét, Schwendi Lázár főparancsnok, leginkább Melius ösztönzésére, börtönbe vettette, s öt esztendőnél tovább sanyargatta. Meliusnak János Zsigmondhoz 1570-ben írt leveléből bizonyos, hogy az unitáriusokkal Belényesen, Békésen, Laskón és Tolnán vitatkozások tartattak, miből kitűnik, hogy ekkor az unitáriusoknak mind túl a Tiszán, mind túl a Dunán voltak egyházaik és papjaik. Bizonyos továbbá, hogy Székes-Fejérvári Karádi Pál, ki még 1569-ben abrudbányai unitárius pap és nyomdász volt, 1579 táján mint temesvári unitárius pap az alsó-magyarországi unitárius egyházak superintendensségét viselte. Hogy Pécsen az unitáriusoknak virágzó egyházuk volt s Baranyában e hitfelekezet több népes gyülekezetet számlált, kitetszik Válaszúti György pécsi unitárius papnak Skaricza Máté kevei ref. pappal 1588-ban folytatott s általa leírt vitájából, melyet Jankovics Miklós bár nem egész kiterjedésében, 1829-ben tett közzé a Tudományos Gyűjtemény ezen évi V-dik kötetében. Patai Sámuel tolnai ref. pap és esperestnek 1647-ben Szilágyi Bénéjmin István sáros-pataki iskola-igazgatóhoz intézett levelében a népnél még akkor élt hagyomány után említve találjuk, hogy Vörösmarti Illés, herceg-szöllősi ref. pap és baranyai superintendens főbenjáró vitatkozást tartott Alvinczi Györggyel a

nagy-harsányi unitárius pappal, ki eretnekségben elmarasztaltatva, felakasztatott. miért is a török terhes évi büntetésépenzt rótt a hatalma alatt nyögő baranyai egyházvidékre. Mind ez azonban, valamint azon néhány gyér adat, melyet egyik másik XVI-dik századi magyar könyvből a magyarországi unitárius egyházakról kiböngészhetünk, oly kevés, hogy távolról sem lehetünk képesek hű képet alkotni arról, hogy az unitárius hitfelekezet Magyarországon a XVI-ik század második felében, hogyan, kik által, mely vidéken terjedt, hol virágzott, hol és hogyan hanyatlott, s hogyan enyészett el véégképpen, hihetőleg a XVII-ik század vége felé.

Éppen ezért hazai egyháztörténelmünkre nézve nagy nyereségnek kell tartanunk minden olyan oklevelet, mely a magyarországi egykori unitárius egyházak eddig igen is homályos multjára bármi kis részben világot képes deríteni. S azt hiszem, hogy e folyóirat olvasói szívesen fogják venni az alább következendő levél közlését, mely éppen Alvinczi György vértanui halálának körülményeiről s az őket elítélő református papokra a budai basa által kirótt büntetésről szól, s a főntebb említett néphagyományt történelmi bizonyossággá emeli.

Ezen levél, melyet Pesten 1575 febr. 15-én Vörösmarti Illyés herceg-szöllősi, Mányoki Péter kálmáncsehi és Siklósi Miklós bizonyosan baranya-vidéki ref. papok intéznek hitfelekezetök papjaihoz, egykoru vagy közel egykoru másolatban az erd. muzeum kéziratárában találtatik (gr. Kemény József, Erdély tört. eredeti levelekben I. köt.) s eddig tudtomra nem volt közzé téve.

Tartalmából látjuk, hogy Alsó-Baranyában az unitárius vallást némely Erdélyből kiüzött menekültek terjesztették. Ezek közül a legfőbbek u. m. Alvinczi György és Tolnai Lukács ellen Vörösmarti Illés és ref. paptársai nyilvános vitatkozást tartottak, s mint győztes felek kieszközölték, hogy a világi hatóság őket halálra ítélte. Tolnai Lukácsot azonban Pécs városából nem lehetett kivenni, de Alvinczi György (kinek neve erdélyi eredetét mutatja), kötéllel lakolt hitéért. Ezért Marosi Trombitás János és udvari papja Csapó György panaszt emeltek a budai basánál, ki Vörösmartit és két említett társát, kik, mint magok elismerik, Alvinczi elítéltetésében fáradoztak, Budára parancsolta, s nekik az unitárius Trombitással és Csapóval nyilvános hittani vitatkozást rendelt. A vita Budán törökök és keresztények, olaszok, görögök és zsidók előtt folyt, s eredménye a lett, hogy a basa az unitáriusok-

nak adott igazat, kik a biblia tekintélyét kétségbe vonták, a Krisztus istenségét tagadták s azt állították, hogy a Krisztusnál nagyobb próféta is van. A basa Veresmartit és két társát halálra ítélte s börtönbe vettette; honnan azonban a budai és pesti birák közbenjárására nagy összeg pénzért szabadon bocsáttattak, de magokat kötelezték, hogy ha ez összeget megtéríteni képesek nem lennének, a börtönbe és halálra visszatérnek. Kérik azért ezen levelökben hitfelekezetök egyházait, hogy levelök vivőjét, Nagy-Tályai Bertalan paptársukat, ki Budán elítéltetésöknél jelen volt, fogadják szívesen s kegyes adományaikkal tegyék őket képesekké, hogy ez erejököt meghaladó váltságot lefizethessék.

A levél egész terjedelmében így hangzik :

Graciam et pacem a Domino nostro Jesu Christo, Patri aeterno per sanctificationem Spiritus Santi precamur.

Incidimus Domini et fratres in Christo electi in tempora longe omnium periculosissima. Nam praeterquamquod haec miserrima nostra patria, et ipsi Christi Ecclesiae innumerabilibus calamitatum generibus subinde vexantur et adobruuntur, exorti etiam sunt et exoriuntur frequentissime mali homines, qui Deum non solum blasphemare non erubescant, sed in faciem mendacii arguere, sacra eius eloquia, quae vitae aeternae verba sunt, palam . . . et falsa proclamare, imo unigenitum etiam ipsum filium impotentem insalvatoresem esse non verentur. Hoc certe illud est, quod olim Spiritus Sanctus, per sua instrumenta, . . . futurum antedem adventus Domini praedixerat, quemadmodum disertis verbis scriptum extat, in posterioribus temporibus exorituros malos homines, sui amantes superbos, attendentes spiritibus errantibus, et fraternas daemioniorum inducentes haereses perniciosas, ipsum Dominum, qui nos suo sanguine mercatus est, a(b)negantes, viamque veritatis blasphemantes. Haec mala non fieri casu, sed nasci ab ipso diabolo, hoste filii Dei, saluti electorum, patre mendacii, qui zizania inter bonum semen spargere et seminare non cessat, permitti autem divinitus, ut qui probati sunt manifesti fiant, notum est ex verbo Dei. Qualiter autem debeat pius omnibus affici, visu et auditu tantam blasphemiam, et exempla priorum omnium aetatum, et Spiritus testificans nostram redemptionem adoptionemque ac ipsa etiam gratitudo monere nos debent. Quis enim genuinus filius, qui audita parentis sui blasphemiam non exacerbabitur? Et quis fidelis famulus, qui visa Domini sui ignominia non dolebit? Cum autem nos gloriemur non solum servos esse Domini nostri Jesu Christi, sed et amicos adeoque cohaeredes, quae ingratitude et quale cor lapideum nobis fuerit, non discindi et non moveri blasphemiam nominis illius?

Sed nunc rem paucis aperiám, in inferiori Barouia, ubi nos Deus in Ministerio sacro collocavit, exorti fuerant quidam profugi

et ejecti ex Transylvania, per Servetum, Blandratam et Franciscum Davidis, ab inferis provocatum, negantes Filium Dei verum et natura Deum Jehovam esse, Biblia autem Sacra palam falsa et stercorea esse pronunciantes, horrendum vel auditu, inter hos praecipui erant Georgius quidam Alvinczi, et Lucas Tolnensis, contra quos pro nostro officio nos cum nostris symmistis et piis vicinarum Ecclesiarum Pastoribus insurgentes falsos et mendaces esse convicimus. Unde Dei beneficio et hoc effectum est, ut gladio magistratus punirentur. Lucas quidem ex Urbe Quinque Ecclesiensi eximi non potuit, sed Alvincius suspendio transmissus est ad suum antesignanum. Doluit hoc diabolo, unde no(n) sine turba maxima praetermittere voluit, permovit sua instrumenta Joannem Trombitas Marusien(sem) et eius concionatorem Georgium Cziapo, quorum suggillationibus et largissimis donationibus effectum est, ut Magnifico Principi ¹⁾ sisteremur, hoc quidem praetextu, ut disputatio cum illis institueretur; sed nulla erat hic cura Praesidi de disputatione, verum occasio tantum querebatur, qua prius decretum consilium cum Johanne Trombitas de nece nostra, mea videlicet, Petri Kalmanheljensis et Nicolai Soklosiensis ad finem perduceretur. Quid multis? Astitimus fratres, spectantibus Deo et Angelis, magna hominum multitudine, coramque Turcis, Christianis, Italis, Graecis, et Judaeis veram fidei nostrae professionem edidimus, nos nimirum colere Deum Juxta enarrationem unigeniti filii Dei, Filium Patri consubstantialem et coaeternum Deum Jehova esse. Illi contra suam haeresem: primum, Biblia sacra, cum de eorum veritate quaesiti fuissent, Turcico quodam, et eo quidem contumelioso vocabulo, quod videlicet sint Caris Maris (id est, ut ex eorum, qui hujus linguae periti sunt, interpretatione accepimus, ex diversis materiarum seu specierum partibus inter se varie commixtis facta mixtura, id nos nisi fallor confusum chaos recte dixerimus) falsa asserunt. Deinde Christum Filium Dei esse patri coaequalem et in creatione affuisse abnegarunt, Prophetis et Apostolis inferiorem esse palam asseruerunt. Cum enim de Miraculis ageretur, cum Princip(e) Georgius Cziapo Prophetas et Apostolos, et servos, qui Christum secuti sunt, multo majora miracula edidisse manifeste proclamavit. Imo esse Prophetam (Machumetem fortasse intelligens) Christo excellentiorem, coram cunctis contestatus est. Et sic Unigenitus Dei Filius denuo per illos crucifixus, divinitate, potentia, filiali praerogativa et omnibus virtutibus spoliatus, indutus autem veste splendida et corona spinea coram praesidibus constitit. Judex juste, exurge, vindica hanc blasphemiam nominis tui. Placuit haec eorum confessio praesidi, ut quae per omnia par est confessioni Turcicae. Ego cum duobus conservis Petro nimirum Kalmanheljino, Nicolao denique Soklosi, viris, qui in convincendo Alvincio laboraveramus,

¹⁾ A Nagyságos fejedolmen, mint az alább mondandókból kitetszik, a budai pasa értendő.

morti adjudicati in carcerem sumus coniecti. Verum interpellationibus et summis laboribus honestissimorum ac piissimorum virorum, Judicum Budensium et Pestiensium, gravi admodum precio redempti emissi sumus. Deus recompenset bonis viris, qui catenas nostras non erubuerunt, imo ne vitae quidem propriae parcere voluerunt. Et nunc sumus fratres, sub eorundem sponsonie hac lege, ut si praemissam summam numerare non valuerimus, ut mancipia bello capta ad carcerem, compedes, mortem extremam, acerbissimam, redire debebimus. Nos quidem pro nomine Domini non solum vinciri, sed et mori parati sumus; verum ex morte nostra quantus triumphus Satanae, quanta ruina Ecclesiae consequatur, judicare fratres vobis omnibus promptum est. Et quoniam hanc summam nostrae redemptionis nostris viribus numerare nullo pacto possumus, cogimur vel inviti Ecclesiarum opem implorare. Cujus rei simul ac fidei gratia ad vos misimus communem nostrum fratrem et consocium in Christo Jesu fidelem D. Bartholomeum Nagytallyai, oramusque pro Christo, ne denegatis vestram opem, cum praesertim sciatis, centuplo eam ab unigenito Dei Filio vobis rependi, sicut sancte hoc ipsum praeconio verbi sui testatur. Non acquisivimus, credite fratres, hanc calamitatem nostro aliquo capitali poena digno scelere, sed sancto zelo, pio studio, atque diligenti propagatione gloriae Domini nostri Jesu Christi; vestrum nunc est viri Clarissimi ac doctissimi Pastores gregis, quibus munus promovendi gloriam Filii Dei aequae ac nobis incumbit, vestros monere serio auditores, ut muneris in altare Domini, qui est Christus, offerendi non obliviscantur. Gratum hoc Deo officium acceptumque sacrificium, sicut ad Heb. 13. Apostolus testatur, quod et in die Judicii clarissima voce sibi oblatum contestabitur, bonisque aeternis Dominus ipse compensabit. Postremo hoc quoque petimus fratres amantissimi, ut legatione hac fungentem virum Clarissimum et omni honore dignissimum ea humanitatis declaratione, qua par est, accipiat, fidemque ejus verbis, qui dum praedicta gererentur, Budae aderat, adhibeat, quod ipsum etiam innata, tum vero a Filio demandata caritas a vobis postulat. Valet in Domino. Datum Pestini 17 Febr. 1575.

Elias Veresmarti, Pastor in
Herczeg-Szölös.

Petrus Manyoki Kalmancheljenis.

Nicolaus Sokliosí Pastor.

Közli *) Szabó Károly.

*) Szives köszönetünket e becses közleményért, mely egyháztörténelmünknek egy eddig eléggé nem is méltányolt részére vet világot. Valóban az unitarizmusnak a szoros értelemben vett magyarországi történetéből még alig tudunk valamit. A Dávid Ferencz szomorú katasztrófájával jó formán megszünt minden érintkezés az erdélyi és magyarloni unitáriusok között. Mi hiszszük, hogy a történelmi mezőjén megindult élénk munkásság és kutatási szellem még sok hasonló adatot szolgáltat kezünkbe, s ha e tekintetben ez adalék t. közlőjére is bizalommal néznek szeméink: ne tulajdonítsa ezt a mi szerénytelenségünknek, hanem saját történetbuvári érdemei iránt viseltető kiváló tiszteletünknek.